(34)

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

Quanto a la primera parte de la primera opinion, nempe, gratiam collatam meritis Christi esse satis ad deletionem culpae absque alia applicatione nova meritorum Christi, no veo porque se deva de improbar, ni estrañar. Antes lo contrario me parece mal.

Quanto a la segunda parte, aquello que en ella se presuppone y pretende, ~~Nempe~~. Nempe, la contricion, ut praecise est dispositio ad primam gratiam, atque spectata ante gratiam, ut est prior illa, habere vim ad delendam culpam, et meritum ~~adid~~ de condigno, tametsi non ad gratiam, ad eius effectum, adeo, ut si Deus non infunderet gratiam, ~~deleret~~ sed relinqueret contritionem informem, ~~h~~ nihilominus contritio illa virtute sua deleret culpam, reponeretque peccatorem in statu in quo esset, si in puris naturalibus ~~esset~~ fuisset conditus, tengola por peligrosa in fide, ne amplius dicam. Ni creo que se dara doctor que affirme, que la dispositio ut sic ad gratiam, seclusa gratia, deleat culpam, et sit meritoria de condigno deletionis illius. Y los doctores que attribuyen vim a la contricion de delere culpam, loquuntur de contritione formata gratia, ratione cuius formae illi tribuunt delere culpam. Quin D. Th. censet contritionem ~~efficienter emanare~~ in instanti, in quo est ultima dispositio ad gratiam, emanare efficienter ab habitibus caritatis & gratiae ad quos est ultima dispositio, atque ut informatam caritate & gratia, quae praecedit in genere causae efficientis, et sequitur ~~contritionem~~ in genere causae formalis, ~~atque illam perficit et actuat~~, habere contritionem, et quod culpam deleat, ratione suae formae, et quod meritoria sit vitae aeternae. Ac sane Concilium Trid. sess. 14. c. 4. contritioni, spectatae antequam informetur caritate & gratia, solum tribuit praeparare ac disponere ad remissionem peccatorum, non vero delere peccata; ~~remittere~~ cum vero ~~in~~ informata iam est caritate et gratia, reconciliationem cum Deo illi tribuit, quae sane culpae remissionem includit ~~illi tribuit~~. Ait namque Concilium: Fuit autem quovis tempore ad impetrandam veniam peccatorum hic contritionis motus necessarius, et in homine post baptismum lapso ita demum praeparat ad remissionem peccatorum, si cum fiducia divinae misericordiae et voto praestandi reliqua coniunctus sit, quae ad rite suscipiendum hoc sacramentum requiruntur. Et inferius subiungit. Docet praeterea, etsi co

ritione hanc aliquando caritate perfectam esse contingat, hominemque
Deo reconciliare, prius quam hoc sacramentum actu suscipiatur, ipsa
nihilominus reconciliationem ~~illi tribui~~ ipsi contritioni sine sacramenti
voto, quod in illa includitur, non esse ascribendam. Ecce, concilium evi
dentissime contritioni caritate perfectae ac formatae tribuit
reconciliationem ac remissionem peccatorum, non vero informi. Com
muneque doctorum assertum est, sicut ~~illuminatione tenebrae~~
~~depelluntur, aerque fit~~ ~~et illuminatur~~ adventu luminis depellu
ntur tenebrae et aer illuminatur, hique duo effectus lumini in
genere causae ~~efficientis ac~~ formalis tribuuntur; ita adventu
gratiae peccata dimitti, iustumque fieri peccatorem, ita ut uterque
effectus gratiae in genere causae formalis tribuatur, + ~~non vero~~
~~alteri &c~~. Neque illud esse supernaturale quod contritio, ut est
ultima dispositio ad gratiam, nanciscitur ex auxilio supernatura
li (etiamsi ex ~~habitu caritatis &c~~ influxu habitus caritatis et
gratiae, ut liber de ratione studiorum merito statuit esse in scholis
asserendum) ~~tam sublime esse, quo heneitur, tam sublime est,~~
~~ut meritorium sit de condigno deletionis culpae, sufficienterque pro illa~~
~~sit satisfactorium~~ ~~quod~~ non mi illius, sed quo evehitur ad esse dispositionis
aptae, ut meritis solius Christi, atque ex sola misericordia Dei gra
tis tunc iustificemur, tam sublime est, ut meritorium sit de condig
no deletionis culpae, et pro illa, sine ulla alia applicatione
meritorum Christi, sit sufficienter satisfactorium, ~~neque nos consortes~~
~~divinae naturae efficit~~, ut in secunda parte opinionis
asseritur, neque nos consortes efficit ~~efficit~~ divinae naturae,
ut ~~effici~~ suapte natura efficit sola gratia gratum faciens,
~~quod tamen~~, ac proinde non est quod ea ratione, sicut gra
tiae tribuitur iustificare suapte natura, ac proinde
delere peccata, ita dispositioni ad ~~eo~~ gratiam tribuatur
delere suapte natura ac meritorie de condigno pecca
ta. In testimonio autem illo Lucae 7.o remit~~tuntur~~ ea sunt
ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Non est sermo de
remissione quo ad culpam; quoniam ad remittenda multa peccata
quoad culpam, satis est quaecumque minima illius generis di
lectio: sed de remissione quoad poenam. Neque item est sermo
de dilectione pro ut praecise est dispositio ad gratiam, sed
ut ~~in~~formata est iam gratia et caritate, estque meritoria
vitae aeternae & satisfactoria pro peccatis commissis.
Sicut autem pro quantitate & qualitate dispositionis maior vel
minor gratia et charitas habitualis infunditur, actus tri

+ non vero omnis illo vel alicui alteri priori causae

ille cognitionis ac dilectionis, neque meritorius neque satis factorius est nisi posterius natura quam gratia et caritate habituali sit ~~est~~ informatus

quanto ala segunda opinion tengo por peligroso, y no poco, dezir que se da causalidad y influxo que emanet in quocumque genere causae a verbo in naturam humanam, et non ab aliis personis como pretende y affirma esta opinion. y podriase preguntar si aquella causalidad y influxo era, per voluntatem verbi, an a proprietate sola, seclusa essentia et voluntate. si a voluntate, cum voluntas communis sit tribus personis, erit a tota trinitate. si a proprietate seclusa voluntate † difficultosamente defenderse que emanet in tempore, sine mutatione verbi, quia ergo non ~~est~~ causante et non influente illo modo, fiat influens et causans. quia emanat a voluntate, cum emanet ab ea ~~voluntate~~ iuxta determinationem quae fuit libere ab aeterno ut esset effectus in tali vel tali temporis instanti, bien se entiende que pacto emanet in tempore sine mutatione iuxta liberam determinationem voluntatis quae fuit ab aeterno. Pretereà ase de dezir que aquella causalidad, est verbi ad extra, et non libera, quando quidem non per voluntatem neque mediate neque immediate. ~~non facile~~ at vero non facile est admittenda vera causalitas in Deo non libera

† in primis pro prietas personalis omnium eorum posset esse per omnis causalitatis deinde

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

Sobre opiniones del pe
po. Cruz.